M0011007: Page from Hippocrates: Medicorum Omnium Principis, 1537

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/hk77yxvt

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

medicis plus laborandũ, quàm in ſuppreſſis menſibus. Quamuis enim ſingula conentur, & nihil non recte admoueant, tamen raro quod exoptãt, euenit. Et habent hoc in loco medici Hippocratis exemplũ, quo ſe ubi optatum haud conſecuti fuerint, tueri poſſunt. Si enim Hippocrati diligentiſſimo, imò etiã omniũ peritiſſimo medico accidit ut in euocandis menſibus ſpe ſua fruſtraretur, quid mirum ſi quoq; nobis idipſum accidat? Neq; etiam medicina mala omnia ſanare poteſt, quemadmodum diffuſe in libro de arte docet Hippocr. Deniq; animaduertendũ Hippocratẽ appoſitiſſime uerbo γυναικωθῆναι, quod Latinis effœminari ſonat, pro menſtrua euocare uſum eſſe. Mulieres enim menſium maxime profluuio agnoſcũtur, & à reliquis quibus haud promanant, quæ uiragines potius ſunt, & nihil muliebre obtinent, diſcernuntur. Nam ut muliebrem naturam prorſus exuere, ac uirilem induere, ſicut Phaethuſa, cuius in præcedenti dictione mentio facta eſt, uidentur quibus mẽſtrua deficiunt, ſic rurſus muliebrem naturam induere, & uirilem exuere hæ dicuntur quibus menſes denuò fluere incipiunt. Ideoq; rectiſſime effœminari illas hoc in loco Hippoc. ait. G

Peroratio. *Nos hic commentandi finem faciemus, deprecantes uerè & candidè ſtudioſos, ut laborem hunc noſtrum qualemcunq; æqui boniq; faciant, quando primus ego obſcuriſſimo huic operi manus admouere, reliquis omnibus Germanis, Italis & Gallis laborẽ hunc detrectantibus, uoluerim.* D *Quod ſi itaq; non paſſim quod maxime decebat præſtiterim, non negligentiæ & ſocordiæ, ſed immenſæ potius obſcuritati, quam ne Galenus quidẽ in omnibus aſſequi potuit, dabunt. Faxint ſuperi ut alius nobis prodeat Hippocraticæ medicinæ interpres, qui obſcuritates illas penitius quàm ego fecerim aut potuerim, introſpiciat.*

ERRATA.

Fol. 1. B. *uer. 2. pro ſeruiuit, lege conuerſatus eſt.* Eod. C. *uer. 2. expunge primũ quidẽ.* 7. A. 11. *lege, grauiter olens ſanies ſtillat.* 9. B. *in margine, lege, 2. aph. 45.* 10. A. 8. δυσεξηγητέων. & D. 4. *uenenoſorum humorum.* 19. D. 7. *& quod magnũ ſpatium corporis erodentia haud &c.* 22. A. *in cauſa.* 25. B. 17. ὀδὸς. Eod. *uerſu,* ξόλμαβος. 28. C. 9. *exitũ.* 31. B. 5. *inijciamus.* 35. C. 11. *qui extrinſecus.* 41. A. 14. *ad inferiora in cõtrariũ fieri.* 43. C. 7. *erit.* 48. C. 10. *morbi fit.* 51. C. 1. *promiſcue.* 55. B. 1. *expunge, tum.* 56. B. 14. *lege, & dum, ut ipſe ait, humores turgent.* Ibid. 15. *urget.* 60. B. *Atqui ſolertis.* 62. B. 15. νυκτί. 6. 9. A. 12. *educantur.* 71. D. 3. *præditũ fuiſſe.* 73. D. 14. *procreetur.* 74. C. 15. *quibuſdã fiũt adnaſcẽtiæ.* 75. C. 3. *potiſſimã cauſam generationis.* Ibid. 9 *lapidis cognitionem pertrahere.* 76. B. 8. *qui in renib.* 77. B. 5. *procedentẽ.* 79. D. 12. *hac ipſa non abolita, neq; morbus ſoluatur.* 80. A. 15. *dijudicandũ.* 85. A. 14 *exiſtat.* 91. C. 12. *hæ ſentẽtiæ.* 19. *ſanguinẽ expuũt, ueruneriã.* D. 13. *huic ſiquidẽ.* 93. B. 3. *initiũ euacuationis.* 97. C. 12. *transferri.* 99. B. 15. *Aenea profugo.* 104. B. 5. *Huic itaq;.* 108. B. 6. *cõcediturq; marẽ fœmina eſſe calidiorẽ.* 110. A. 8. *Quinta.* 111. A. 8. ἐκλεῖψαι. 114. C. 18. *pro adoleſcentiã, lege iuuentutẽ.* 116. A. 8. *ad lacum. &* D. 9. *monſtrat.* 124. A. 13. *pro adoleſcentiũ, lege ætate florentiũ.* Ibid. 16. *perperàm.* 128. A. 5. *cognoſcet. &* C. 6. *uentrem.* 136. A. 3. *expunge, emerſerunt, & poſt cœperunt uerbũ, pone notã interrogationis?* Ibid. 19. *expunge, illa.* Ibid. D. 12. *niſi quod.* Ibid. 13. *intelligi poſſit.*

Quæ reliqua ſunt nullius ferè momenti errata, æquus Lector reſtituet ipſe.